



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm  
Passionvm, Prauorumque affectuum**

**Fazio, Giulio**

**Köln, 1604**

De profectu vel consurrectione actiuæ vitæ per sidem, dilectionem &  
spem. XXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60991)

*De profectu vel consurrectione actiua vite  
per fidem, dilectionem & spem.*

**T**ertio principaliter ostendendum est, qualiter homo proficere debeat in actiua vita, & consurgere in perfectione obuiam Deo, dicendo cum sponsa: *Surgam & circumibo ciuitatem, per vias & plateas queram, quem diligit anima mea.* Hic est sciendum, quod huius consurrectionis duplex est modus. Primus est mysticus & occultus, vocaturque à Dionysio mystica theologia, quia est occultissima sapientia quam immediate solus Deus in spiritu hominem docet: alia autem scientia à mortalibus magistris docetur. Hæc sapientia tantum in corde scribitur diuina illuminatione & celesti influxu. Et quantum non possit propter suam excellentem nobilitatem ab vilo hominum perfecte tradi & doceri, quilibet tamen quantumcunque simplex fuerit & indoctus, si fideliter frequentauerit scholam diuinam, hoc est, virtutum, & virtuosarum exercitiorum, hanc nobilem sapientiam à Deo immediate recipere poterit supra omnem intellectum, per amorphos affectus atque influxus in Deum. Et hic est vnus modus consurrectionis per viam concupiscibilem, de quo

*Orat. 3.*

*Via mystica.*

DE MORTIFICAT. 289

de quo parum tetigi in præcedentibus, sed  
latius postea prosequar. Hæc mystica  
theologia in omni gradu proficientis vi-  
tæ exercitari debet: sed quanto altius a-  
scenditur, tanto magis exercitatur. Se-  
cundus modus consurrectionis est scho-  
lasticus secundum humanam eruditio-  
nem, & de illo nunc loqui intendimus,  
quia communiter exercetur in vita acti-  
ua. Est ergo sciendum, quod sicut in æter-  
na vita anima Deo, spirituali connubio,  
coniungitur per tria dona, quæ à Deo re-  
cipit & possidet tanquam dotes, hoc est,  
visione clara, dilectione pura, & fruitio-  
ne secunda: sic in huius vitæ via, per gra-  
tiam æternæ beatitudinis, gloriam præ li-  
bantes, appropinquamus Deo exercitijs  
trium virtutum theologiarum, tribus ani-  
mæ dotibus correspondentium. Et per  
istas tres virtutes meretur homo præfatas  
tres dotes animæ recipere in gloria: per  
ipsas etiam in tempore isto coniungimur  
Deo in actiua vita pariter & contempla-  
tiua, sed multum differenter, prout po-  
stea audiemus.

*Via scho-  
lastica*

CAPVT XXIII.

*De intentione triplici, rella simplici &  
deiformi, de que oratione  
vocali,*

**N** In acti-